



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

19. In Festo S. Benedicti, tripart. Det tibi Deus de rore cœli benedictionem
&c. Genes. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

amorem Dei, ut is qui credere noluerit, probare dignetur: videbit per experientiam quantum bonum sit le eius precibus commendare, & cum pietate cultum exhibere: Multum quoque periculum est sæpe recogitare quantum Regina Cœli cum puero Iesu passâ sit, & gratias B. Iosepho agere pro sedula opera & auxilio impenso. Hæc S. Theresâ.

Plurimum itaque confert, erga S. Iosephum, MARIE DEIPARÆ Sponsium, Christi Patrem legalem & sedulum Nutritium, continuâ devotione ferri, & gloriosâ in eius festiuitate cum cordis gaudio recentem pietatem renovare, memoriâque eius, qui dilectus est Deo & hominibus cum benedictione celebrare. Qui enim ipsum benedixerit, erit benedictus. Quod non solum S. Theresâ experta est, & publicè asseruit, sed etiam multi alii eius cultores. Vnde refert Isidorus Hisolanus hist. orient. 3. p. c. 9. in visione quemdam vidisse & audisse Christum ad B. Iosephum sic loquentem: *Ero auxiliator omni homini in Ecclesia iustorum, qui in die memoratus, ô Ioseph, Deo sacrificia obulari, & qui meditabitur in vita & in laboribus tuis hæc ibi. Idque conforme est ei quod ex S. Theresâ jam retulimus.*

Conclusio.

O Trinitas Cœli adorabilis & gloriosa, quæ nobis admirabilem in terra exhibuisti Trinitatem, IESUM, MARIAM, IOSEPH, & præuenisti eam in benedictionibus dulcedinis. Iesum constituens ut fontem, Mariam & Ioseph ut aquæ ductum, a quæ scilicet exeuntis de Paradiso tuo, ut terram cordis nostri aridam fecundet; da nobis per eos haurire de hac aqua, eorumque ubertim benedictionibus & meritis participare. Da nobis hanc Trinitatem colere sanctâ devotione in terris, Iesum adorare, Mariam cum Ioseph venerari & suspicere, ut nos tandem dignentur suscipere in cœlis in æternam suam societatem, ubi Trinitate perfectâ licebit æternum frui, in illa semper vivere, illam in sæcula sæculorum laudare & benedicere.

Sacrum Epigramma in honorem Trinitatis S. in terra, hoc est, in honorem.

IESU, MARIÆ, IOSEPH.

Quo coluntur in Sacello recens à nobis erecto in Ecclesia. Convenisti sub Sacro Carmeli Sodalitio.

Quod Deus coniunxit, homo non separet.
Matth. 19.

Hic serena suo cœlesti Regina Idarito:
Quædam cum IOSEPH sponsa MARIA coli.
Impostur hic Iesus Tridam non perficit ipse,
Nec Monadum cœlesti Tres simul unis Amor.
Quis Deus æterni coniunxit fœdere honoris.
Dis, proce, vel cultu cur separaret homo?
TRINUS & VNUS amans, hos Tres faciavit in V.
num.
Hic cœli hic Tridam, sic cœlis & Monadem.

IESUS, MARIA, IOSEPH.
*Tres sunt qui testimonium dant in terra,
& hi tres unum sunt:
Tres sunt qui testimonium dant in cœlo,
& hi tres unum sunt.*

IN FESTO S. BENEDICTI.

Dei tibi Deus de rore cœli benedictionem, &c.
Genef. 27.

Lect. 19. triplicita.

In familiis Patriarcharum diversæ proles fuere, quarum aliqua benedictionem sunt consecutæ. Pars I. alia reprobationi fuere obnoxia. Attende id in familia Adam, Noë, Abraham, Isaac, David. In his invenies Cain, Cham, Hamaï, Elau, Abiajon. Hi non fuere benedictionis filii, sed luctum Patribus suis induxere. Per id verò significatur, in Dei supremi Patris familia quosdam speciales ejus benedictione præventos esse & electos; quosdam ex justa providentia rejectos. Et quidem ordinatè majores natu præelecti videntur à Domino, ut in hoc humilitas commendetur, quæ est character & signum speciale electorum.

Sic & in novo Testamento nonnulli specialibus à Domino benedictionibus agnoscuntur condocari, quorum propterea memoria in benedictione est, permanens in sæculum sæculi, in compositionem odoris facta, in omnium ore indulcata & sapida, in omnium aure sua visiosa. Inter hos eminet is, qui & re & nomine, quasi per antonomasiam, BENEDICTUS est appellatus, *Deo & hominibus ætatis, cuius memoria & benedictio hodierna die non sine sua veolentia renovatur.* Hic autem apprimè convenit illa benedictio, quam protulit Isaac benedicens Jacob filium suum: *Dei tibi Deus de rore cœli benedictionem, & de pinguedine terra abundantiam frumenti & vini, &c.* Licet enim specialiter per allegoriam Christo conveniant, & propter illud dicta sit, quæ toto illo contextu benedictionis continentur: tamen etiam electis ejus membris rectè adaptantur. Videamus hæc particularius & singulas benedictionis examinemus partes.

Primo quidem, sentiens Isaac fragrantiam vestis qua Jacob adornatus erat à matre pronunciat: *Ecco odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Hoc Christo convenit, convenit & Benedicto. Sicut vestis Christi est Ecclesia, de qua alibi: *Lavabis in vino solam suam, & in sanguine uera vitæ pallium suum;* sic vestis S. Benedicti est ejus sacra Religio. Illa certè instar agri pleni & floridi, odorem dedit & fragrantiam toto orbe terrarum. Ager utique est cui benedixit Dominus, ut omnis generis flores produceret, violas, hyacinthos, rolas, lilia. Hos flores parturit, dum tot animas puras & sanctas, humiles & cœlestes, tot Martyres, tot Virgines, tot demique Religiosorum millia in Ecclesiæ gremio germinavit. Quidam enumerans quadraginta quatuor millia Sancto-

Pars I. De firmitate benedictionis in S. Benedicto.

Ecclesi. 44.

Gen. 27.

Benedictio Jacob adornatus erat à matre pronunciat: Ecco odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

Gen. 49.

Sanctorum ex Benedicti Religione, in numerum & canonem Beatorum adscripta Ecclesie publica & solennis auctoritate, ritu quem beatificationem canonizationem nuncupant. Alii hunc numerum ad quinquaginta duo millia extendunt. Sed non facile est hujus Ordinis sanctissimi Beatos & Sanctos ad certum calculum vocare: tum ob mille & amplius secula, quibus hæc Religio floruit sanctitate; tum ob numerum cenobiorum, quibus extendit usque ad mare palmites suos, & usque ad Orientem & Occidentem propagines suas. Quidam enim enumerant triginta septem millia Monasteriorum Abbatialium, & quatuordecim millia Prioratuum, ac quindecim millia de cenobis Virginitium sub regula & vexillo S. Benedicti militantium. In quibusdam autem cenobis quandoque simul egerunt nonnongenti Monachi; in aliis quingenti, vel quadringenti. Denique in nonnullis tantus erat numerus, ut perloquerentur divinæ laudis officia nocte dieque sine ulla interruptione, succedentibus sibi invicem Religiosorum choris. O qualis odor & fragrantia pietatis, charitatis, humilitatis, conversationisque celestis, spirabat de tot florum millibus implens orbem cœlumque ipsum!

Profecto ager iste à primordiis sanctitate excultus, ac disciplina cœlicæ sarculo gnæviter innovatus, in quatuor orbis partes sua propagavit germina, sed & in finem usque sæculi idipsum faciet virtute benedictionis Dei. Cujus verò benedictionis? Vtique hujus benedictionis virtute in Benedictum ac ejus posteros profuente: *Dei tibi Deus de rore cœlis benedictionem.* Quis vero ille ros cœli? Ros est cœlitus descendens à Patre luminis, à quo omne datum optimum, omne donum perfectum. An non ros vivificus, gratia cœlestis delurum defluens? Sicut ros plantis vitam infundit, & incrementum radici suggerens, in germen & frugem educit: sic plantis spiritualibus necessarius est ros gratiæ, ut vivant, adolescant, fructificent æternæ vite. Hic est ros ille, de quo? *Ros lucis, ros tui.* Nec enim solum mentes vivificat, sed etiam illuminat, quandoquidem à Patre luminis descendat in filios lucis, ut dispellant tenebras. Hic est, *Ros Hermon, qui descendit in montem Sion, quia illic mandavit Dominus benedictionem & vitam usque in sæculum.* Hic igitur ros est, qui S. Benedictum & filios ejus adeo floridos, adeo fecundos efficit & suavolentes, quia juxta promissum Domini eopiose super eos descendit, & perdidit: Adimpletum est igitur in eis illud Domini: *Ero quasi ros Israël germinavit quasi lilium, & erumpet radix ejus ut Libani ibunt ramus ejus, & eris quasi solitudo gloriæ ejus, & decor ejus ut Libani.* Quinam nomine Isaacis designantur, nisi illi qui aspirant ad visionem Dei? Isaac enim idem est, quod *videns Deum.* Ergo Isaac erat Benedictus, & congregatio ejus: *Hæc est enim generatio quærentium Dominum quærentium faciem Dei Jacob.* Ideo pro illa

accepit Benedictus benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutaris suo. Virtute illius *germinans germinavit quasi lilium, & laudanda & laudans in solitudine, gloria Libani data est ei & decor Carmeli.* Hanc benedictionem sua promeruit humilitate & candore: nec enim superba & tetra corda rorem hunc cœlestem aut benedictionem percipere valent: *Montes Gelboe, nec vos, nec pluvia veniat super vos.*

Ex illo porro cœlico rore, quem in suum attraxit verticem pro se & suis Benedictus, exorta est copia frumenti, olei & vini. Quid frumentum? Verbum est Dei, saginans & pacens animam, ad se replens & suavitate. Hoc est frumentum electorum, de quo congratulari possumus Benedicto: *Lauda Deum tuum, qui benedixit filis tuis in te, & adipe frumenti satiat te.* Quid verò est oleum, nisi pinguedo devotionis, impinguis interiorum hominum? Quid vinum, nisi excessus charitatis mentem inebrians & sublevans, non liquore erumpente in spiritum veritatis aut libidinis, sed geminate spiritum veritatis & castitatis, qui omnem concupiscentiam extinguit pruriginem. His omnibus copiose Deus benedixit virum sanctum totumque ejus Ordinem, quia à fructu frumenti, vini, & olei, *multiplicari sunt ejus filii in modum: ab ubertate scilicet doctrinæ cœlestis à fructu vivifici Sacramenti cum frequentia percepti, à pinguedine devotionis exundante.* Sic Ordo ejus factus est Ager plenus, Vineæ fecunda, Olivetum uberimum, cui benedixit Dominus.

Sed ut de iplo Benedicto specialiter agamus, S. Benedicti tanta fuit benedictione spiritali repletus, ut nunquam peccati mortiferi maledictioni fuerit obnoxius. Plenus enim fuit spiritu Dei jam ab ineunte ætate, statimque ab illo spiritu ductus est in desertum, & edoctus ad fugiendum mundum, ejusque contagium, ad conculcandam carnem & ejus illicitamenta, obstitendum Satanæ & ejus insidiis. *Benedictio illius qui apparuit in rubo,* fuit super verticem hujus Nazarenus inter fratres suos, & id quidem jam à primordiis adultæ ætatis. An non virtute benedictionis Dei, qui apparuit in rubo, visus est ipse forti & incorrupto animo sese volatante in spinis & rubeto ut evitaret illecebras & corruptionem carnis? Hoc certè generoso stratagemate profligavit Satanam, Mundum, Carnem, hostes mentis, & promeruit benedictionem & donum perpetuæ castitatis. Qui a fortis fuit contra Angelum tenebrarum, meruit benedictionem ab Angelo lucis, vel à Christo magni consilii Angelo, qui amator est castitatis, & *Dux Virginissis.* Hæc benedictione factum est, ut tangeretur nervos semoris ejus, & carne marcescente solo spiritus inflitteret pede. Nervus tactus, concupiscentia est debilitata, ut jam inauguraretur Magister castimonie & discipline, atque à Rubo & spinis emteretur inftar Moysis, ad educendum millia & tenebris Ægypti, & caligine carnis & sæculi.

Videri possunt. Diadacus Teopis in libro quod scripsit de Ord. S. Benedicti, And. Wyon in libro vita Simon Millet anno. in Dialog. S. Greg. Jacob. s. Ros Ordinem S. Benedicti irrigans. Psal. 26. Psal. 73. Psal. 124. Psal. 122.

Isa. 55. 2. Reg. 2. Frumentum vinum & oleum Ordinis S. Benedicti quale. Psal. 147. Psal. 4. S. Benedictus nunquam mortaliter peccavit. Deut. 33. S. Benedictus magister castimonie.



O felix Rubus! o beata spinæ o desiderata ibi benedictio animæ, quæ in modum exagitabat maledictis spinis libidinosis voluptatis. Felix utique Rubus, quem crebrò visitans S. Franciscus, ibique extirpans cœuentas spinas Benedicti sanguine olium conspersas, plantabat Rosas aspectui & odorati delectabiles. Hæc igitur fuit Benedicti benedictio, impetrata è caelo, dum ageret in poenitentia deserto, carnis scilicet incorruptio, qua appropinquat homo Deo. Hic iterum ros caeli agnoscebat, qui in medio ignis ardentis pueros Israëliticostestifierat, & noxium exstinguit ardorem. Hic quoque Rubus agnoscebat incombustus, dum in medio flammæ libidine inose castitas manet integra, nec concupiscentia ardente laeditur, aut ustulatur. Sic tu Domine, antiqua innovas signa, immutata mirabilia, ut glorificetur potentia tua, benedicturque tua in electos provida misericordia, qua illos circumdas & protegis, & singularis benedictionis confortes efficias.

3. Ben. benedictio multiformis fuit.

Neque verò unica & simplici benedictione adornatus, est Vir nomine reque Benedictus, sed multiformis illa fuit, & jugiter cum eo crevit. Etenim Spiritus Sanctus omnigenis suis donis eum perfudit, prophetiæ dono, discretionis spirituum, operatione miraculorum, interpretatione sermonum, gratia sanctorum. Aquam è petra produxit, instar Moysis Ferrum super aquas natare fecit, instar Elisei. Super fluctus arabulare fecit S. Maurum, instar Petri. Corvo præcepit panem infectum veneno in desertum effere, instar Elize Spiritu iustorum omnium plenus fuit vir iste lib. 2. c. 8. inquit S. Gregorius in Dialogis, ubi multa ejus describit miracula.

PARS II. De benedictione S. Ben. in Ordine tam in epibus quam honore.

Non solum benedictione spirituali voluit Deus S. Benedicti Ordinem florere, sed etiam corporali, ita ut etiam abundaret successu temporis instrumento, vino, oleoque materiali hoc est, copiosis opibus. Quapropter ei adaptantes benedictionem Iacob, possumus sic distinguere, ut quando primum dicitur: *Dei tibi Deus de rore caeli,* supernam & celestem benedictionem intelligamus, cum verò adjicitur, *& de pinguedine terræ abundantiam,* terrena benedictio designetur: quia utramque dictam benedictionem Ordo ille Benedictinorum hæreditavit. Nulla etenim Religio, ita floruit, non solum ob pietatem & sanctitatem, sed etiam ob temporalem & externam opulentiam: quod ipsum est donum & benedictio Dei. Nempe hic Ordo religiosus virtute & pietate floridus, non solum sibi fuit proficiuus, solitudini & Deo vacans in spe & silentio, sed etiam zelo gratiæ divinæ incensus, varias in orbis plagas verbum Dei diffusit, animarumque conversioni strenuè incubuit, maxima certè fruge. Nam ex ejus alumnis Stephanus Martyr convertit Pannoniam, Maurus adivit multo cum fructu Galliam, Placidus Siciliam, Adalbertus Boëmiam, Bonifacius ad fi-

dem adduxit, vel in ea confirmavit Germaniam, Angustinus Monachus Angliam, Lambertus & Hubertus Belgicam. Hunc zelum considerantes nonnulli Reges, & Principes, ac Optimates, partem hæreditatis ad pedes eorum aculerunt, quasi ad pedes Apostolorum. Sic voluit Deus eorum labores non solum benedictione spirituali & æterna, sed etiam temporalis compensare. Adimpletumque cernimus illud: *Electi mei non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis.* Nempe propter obsequium Ecclesiæ præstitum, opes eis donatæ sunt: ut in pauperes sint liberales ut hospitalitatem foveant; ut in Ecclesiis; decorem, decenter pro majestate rerum divinarum, eas conferant. Sic & verum fuit de hac sacra Benedicti familia, ob Regum & Principum munificentissimam dona illud hæc: *Erunt Reges nutriti tui, & Regina nutrices tua.* Et rursus illud. *Mulier in Mamilla Regum lactaverit.* Quidam existimarent ad Ordinem S. Benedicti opes possedisse pertingentes ad tertiam vel ciciter partem opum totius Christianitatis. Quicquid sit ea de re, certum est de eo rectè dici, quod benedictionem participet non solum de rore caeli, sed etiam de pinguedine terræ & soli.

Isa. 49. Isa. 60. Vide Sim. Miller. in Mamilla Regum lactaverit. anno ad Dial. S. Gregorii.

Distinguenda ergo sunt duo tempora, cum Ecclesiæ tum Religionis. Initio enim Ecclesia in paupertate egit, in piscatoribus fundata inopiâ profertibus. Postmodum voluit Deus per Regum & Imperatorum munificentiam inopem suam ditari Sponsam maximè à tempore Constantini, qui Orientali contentus imperio, Occidentale cessit Romanæ Ecclesiæ. Voluit nimirum Dominus hac magnificentia & opibus eam adornari, ut adversariis posset obfistere, & splendore suo nonnullos allicere, qui rerum majestate exterius promicante ducuntur. Illa ergo quæ in sanguine Martyrum quibusdam contemptibilis videbatur; vestita fuit discoloribus, purpura & hyacintho cincta, auro & argento ornata, sicque profecti in regnum, regio & sacerdotali decore honorata. Quod de Ecclesiâ dicimus, hoc de multis Religionibus etiam verum esse conspicimus, quæ post rorem caeli, terræ pinguedinem hæreditant, Domino ita ordinante. Hoc solum Prælati providendum est, ne ros caeli, qui terræ pinguedinem generavit, suffocetur tamquam mater à filia: hoc est, ne pietas & gratia celestis suffocetur à divitiis, quæ nonnullis sunt instrumenta malorum & impedimenta salutis, dum illis animum implicant, & abutuntur, atque in ea, ad quæ à Deo destinatæ sunt, non impenduntur.

Eszech. 16.

Dicamus ulterius, S. Benedicti Ordinem pro Ordo S. benedictione hæreditasse non solum opes, sed & Beneditivalem honorem, tam temporalem, quam spirituale. Huc referri potest illud, quod sequitur naves hanc in benedictione Iacob: *Adorent te tributus, & serventur dicitur. ant tibi populo. Esio Dominus fratrum tuorum, & Gen. 27.*

missi.

incurventur ante te filij matris tuae. Inter ordines Religiosos primarius eis honor defertur in congregationibus & confessibus, praeceduntque omnes Religiosos quoque sub Benedicti regula & vexillo militantibus; statim ubi sacerdotio inciantur, tanquam honoris specialis titulus datur nomen, Dominus, quod per abbreviationem deducitur à nomine. Dominus, & in clero quandam praeminentiam designat. Hinc illud in officio Ecclesiae, *Vt Dominum Apostolicum conservare digneris.* Et rursus illud: *Iube Domine benedicere.* Alij Ordines Fratris nomen inter se assumunt, hi & Fratres & Dominos se indignant, quasi unicuique eorum in sacerdotio fors illius benedictionis cadat: *Esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filij matris tuae;* quod tantum corde, sed externa etiam significatione.

Quod si ad Benedictum, totius Ordinis Patriarcham, hoc specialiter referre, velimus: *Esto Dominus fratrum tuorum, incurventur ante te filij matris tuae;* id certe fiet non immerito, nec improprie, aut inconcinne. Sicut enim Iacob his verbis benedicitur, tanquam Patriarcha, sive tanquam Pater Patrum, Patereque filiorum illorum, qui Parentes erant futuri duodecim tribuum; in populum Dei peculiisque speciale selectatum: Ita S. Benedictus factus est Pater duodecim tribuum, hoc est, duodecim Congregationum, in quas Ordo ipse divisus est, ut norant ejus alumni. Ex ejus enim spiritali femore & semine primigenio exorti sunt Cluniacenses, Cistercienses, Camaldulenses, Coelestini, & alij, qui etsi speciales sortiti sint P. ed. gogos in Christo, hunc tamen suum agnoscunt Patrem & Patriarcham, quia per Evangelicam suam Regulam eos genuit. Ideo inter hos omnes primatum tenet, & honoris primitias sibi vendicat. Dicite itaque ei possumus illud: *Leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & familia tua de laevo surgent.* Rursusque ejus filij congregatis in nomine Domini sub Labaro & signis Patris sui gloriosi Benedicti, illud convenit. *Omnes qui viderint eos, dicent: Isti sunt semen, cui benedixit Dominus.* Cum igitur totum Ordinem regent & dilexerit, haec usque regat & diligat sanctissimus Pater & Dux; ideo speciali cultu & honore Praetribus & filiis suis colitur, tamquam Pater & Dominus, specialiter à Deo electus, & in hunc benedictionis honorem destinatus. Etenim vult Deus, ut serviant ei populi, & adorem tribus, ac incurventur ante eum filij matris suae, quia Dominum Fratrum suorum ipsum constituit. Et quandoquidem Ordinis ejusdem Praelati, ejus in regimine sunt successores, ejusque vices gerunt & locum tenent honoris; vult ut filij & fratres eorum, ejusdem familiae benedictae alumni, debitum illis honorem tribuant, quem in *ВѢДЕНІУМ*, tamquam immortalem Patrem & Rectorem, referant

cum observantia profunda. Hi ergo etiam constituti Fratrum suorum, non quidem ut dominantur in cleris sed ut ex animo forma fiant gregis, & illum dirigant in viam aeternitatis. Magnus ergo eis tribuitur honor à Fratribus & filiis se ante eos incurvantibus; quem testantur tot inclinationes profundae, tot capitis & corporis incurvationes subtilissimae, in hac Religione observari solitae.

Adeamus & hic, quandoquidem de primatu & honore hujus Religionis disserere incipimus, hoc non exiguo ei honoris esse, quod Reges & Principes, Reginae & Heroinae, humiliter se incurvant, & supplices rogarint admitti, & inseribi huic sanctissimae religioni. An non tibi videntur agnovisse S. Benedictum tamquam Dominum in caelo & terra potentem, à quo benedictionem & hereditatem salutis essent susceperunt, si se cum hereditate terrena illis committerent, & incurvarent se ad obedientiam sub Praelatis vices ejus in regimine tenentibus? Quod si numerum Magnatum utriusque sexus, qui huic Ordini voto perpetuo se consecrarunt, exoptas nosse, dicam paucis. Nonnulli ex Ordinis hujus historiographis enumerant ex Imperatoribus, tam Orientis, quam Occidentis, viginti & unum: Imperatrices autem recensent viginti sex. Vltimus enumerant Reges quadraginta & octo: Reginas vero recensent quinquaginta & quatuor. Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & illustissimorum aliorum Nobilium maximus certe est numerus, id eoque ad certum eos calculum coarctare, haud facile est. Hi interim omnes Ordinis hujus vestem & professionem suscipientes, in eoque portum salutis agnoscetes, animo generosissimo diademata in caputium, purpurata plodamenta in cuculum, scaptrum in disciplinam flagellum, Insignia stemmatum in crucis vexillum, militaremque omnem panopliam in lucis commutarent armaturam. Quicquid mundanae nobilitatis & honoris erat, arbitrati sunt ut perplemata & stercora, ut benedictionem Dei hereditate possiderent & Christum lucrifacerent.

Hoc denique pro coronide adjiciamus, S. Benedicti Ordinem maximè fuisse florentem, & in Ecclesia maximè honoratum, ex quo tot Viri sanctitate & doctrina clarissimi ad summum honoris apicem sunt evecti. Enumerantur enim ex hoc Ordine supremi Pontifices quadraginta, & quibus viginti septem in canonem & numerum Sanctorum publicitus sunt relati. Recensentur quoque docti Cardinales S. R. Ecclesiae quinquaginta & unus Patriarchae; mille & sexcenti Archiepiscopi, Episcoporum quatuor millia. An non sic vides adimpleri illud jam saepe repetitum: *Serviaui tibi tribus & populi, & adorem te tribus.* *Esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filij matris tuae.* Certe in primatu Ecclesiae federunt filij sancti Patris Benedicti multis saeculis, eamque rexerunt feliciter, ideoque

In Ordinem S. Ben. Regina admissi perierunt.

Vide And. Vjor.

Ordo S. Ben. pra reliquis maximè honoratum

V. And. Vjor in ligno vita.

S. Ben. Pater. 12. Congregationum.

Ija. 65.

ideoque honorati a sanctis Ecclesie filius.

PARS III. Postrema pars benedictionis hoc continet: *Qui tibi maledixerit, sit ille maledictus, & qui tibi benedixerit, benedictionibus repleatur.* Hoc nobis explicandum restat, & Benedictio applicandum. Atque in primis, satis ex prædictis constat, quare huic Ordini Benedictino favorem præstiterunt certatim Reges Principes, Magnates. Id lætæque eo sine fecerunt, ut benedicentes Benedictio, duas temporales ad ejus pedes afferunt benedictiones, ab ipso, & à Deo, æternam consequerentur benedictionem. Non enim ignorarunt promissum istud ei à Domino insinuatum: *Qui tibi benedixerit, benedictionibus repleatur.* Equidem plerique eorum, qui sincerè Benedictio fuerit affecti propter Deum, per ejus merita & intercessionem misericordiam & benedictionem consecuti sunt à Deo salutari suo, in vita, in morte, post mortem.

Viterius, qui variis affecti afflictionibus ipsam accesserunt cum fiducia, benedicentes Dominum in sermo suo electo, non recesserunt sine optata benedictione. Nam ægri sanitate, demoniaci libertatem, anxii consolationem, desperandi fiduciam, conficti integritatem, imò & mortui vitam, per ipsum, ipsiusque, benedicta eloquia sunt assecuti. In cuius rei fidem pedegere potes l. 2. Dialog. S. Gregorii Pontificis, ubi exemplis variis patet, quam efficax fuerit Viri sancti benedictio, corporali vel spiritali afflictione percussis. O quantis hi benedictionibus prolequebantur virum Dei, ejus benedictione in libertatem asseri! O quam verum est de ipso: *Qui tibi benedixerit, erit benedictus.*

È contra notissimum est, quod qui in eum maledictus & conviciis, aut calumniis insurrexerunt, maledictionem sint experti. Etenim ad id moveri non poterant, nisi ab illo, qui omnis est auctor, & fautor maledictionis: qui postquam in caput suum maledictionem à Deo acceperat, etiam conatur in nos derivare, peccati sui nos efficiendo confortes. Sanè fuit ipse Benedictio hostis insensibilissimus, jam à primordiis sanctæ conversionis. Unde & per se & per alios à se suscitatos crebro convicius est eum & sanctitatis gradu exturbare, vel à proposito dimovere, sed frustra: ideoque sua spe frustratus, omnem expuebat iram, omnemque maledictionem ei omnebat. Refert S. Gregorius, cap. 8. sepeus Satanam sese ingessisse in oculos & conspecta Benedicti, inflammantibus omnino oculis, & igne caraturo in iram succensit. Ac primo quidem in eam orem erumpebat horribilem, *Benedicite, Benedicite, Benedicite* - tumque Vir sanctus non dignaretur respondere, horribiliori voce personabat: *O maledicte, maledicte, maledicte, quid tibi mecum est, quod sic me persequeris?* At verò maledictio omnino in caput ejus retorquebatur, ac in verticem eorum quos exacerbabat postmodum, & in virum sanctum incendebat.

Satan insinuat S. Benedicto.

S. Gregorius in Dialogo insinuat S. Benedicto.

Pernotum est, quomodo maledictio reversa fuerit in primos suæ disciplinae Monachos, qui ejus austeritatem & ætia monita non ferentes, conati sunt Satanæ suggestionem ipsam poculo venenato inficere, & interficere. Etenim vis benedictionis ejus confregit vasculum, ne cui esset nocimento, maledictio autem in consilii maligni impios auctores est regressa. Nam & hos ipse deseruit in penam, ut irent in adventum suis passimis, donec in tartarum pertingeret ad primum auctorem malignæ suæ suggestionis. Elegit ergo rursus per id temporis solitudinem, sese sequestrando à tumultu & regimine, donec Deus aliud cœlestis ordinaret. Interim non poterunt maledictionis esse exortes, qui sic ei loco benedictionis maledictionem imprecari sunt, & toxicum pararunt dedecorose & impie.

Denique, & illud pernотum est, quomodo maledictio involverit infelicissimum Presbyterum, nomine *Fortunatus*, qui omnibus modis advertebatur ro Dei, & ejus sanctissimo Ordini, dum fundamina jacerentur felicibus aspiciis. Ille enim cum in vicina habitaret Cœnobii novelli, in quo præfidebat Benedictus, non solum maledictis eum laceferet clam palamque studuit, sed etiam diabolica suggestionem in hortum Fratrum nudas & impudentes puellas asinus fuit immittente: ut sic eos vel seduceret, vel objectis illecebris taliter exagretaret, ut domum ibi recens extractam desererent. Rursus Galia vice per panes in Cœnobium missos, subtili adventionem, sed malignissima intentione innoxios, existimavit. Virum sanctum & medio tollere. O Satanæ servum & mancipium maledictum! O virum infortunatum! Nesciebat illud concernere hunc Benedictinorum Ducem electum: *Qui tibi benedixerit, benedictionibus repleatur, qui tibi maledixerit, sit maledictus.* Attende maledictionem vertici ejus incumbentem subito. Cum enim domicilium mutaret Vir Dei, & exinde vir ille infortunatus infeliciter ob id exultaret in solatio suo, quia jam votis positus: mox quasi maledictionis fulmine ictum foret dictum solatium cum habitatore suo, distractum est, & funditus corruit. Sub qua & ipse ruina oppellus & extinctus, infelicissimam animam in sinum Satanæ exhalavit, æternæ tradendum maledictioni. An non igitur hic aperte vox veritatis impletur: *Qui tibi maledixerit, sit maledictus, qui tibi benedixerit, benedictionibus repleatur?* An non & illud, dicta iam sententiæ per omnia consonum, verificatur: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei?* An non rursus illud è vangelicum: *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit?* Nolite igitur, o maligni, tangere Christos Domini, nolite in Prophetis & Sanctis ejus malignari, nisi è vestigio maledictionem Domini ejusque iram vindicem vestris experiri. Vos verò, o pii, benedicite Dominum in Sanctis ejus, ut benedictionibus vos repleat per menta & intercessionem eorum, tandemque vobis conce-

Mal. 20.

Zach. 1.

Luc. 10.

concedat, in eorum beato consortio, illum laudare & benedicere qui eos celesti benedictione cumulavit, ut illius perenni visione stuerentur qui est in sæcula sæculorum benedictus.

Cōclusio. Benedicite Domini, nos hodie benedicimus Domino, propter te, benedicimus & te propter Dominum. Populus, & clemens, conventusque fratrum tuorum & filiorum, exultant in laudibus tuis ac divinis præconis ob hodiernam festivitatem, qui tu dilectus Deo es & hominibus, memoriaque tua in benedictione est. Tu igitur reddens vices, benedic hereditati tuæ. Impetra quoque pro benedictione huic plebi piæ roris celestis participationem, impetra toti Ecclesiæ pacem & tranquillitatem, Principibus & Regibus Christianus concordiam & unionem, Domino Apostolico & omnibus Ordinibus sinceram & sanctam religionis conservationem. Denique cum celesti gratia perseverantiam, ut postquam Te ac Dominum benedixerint in hoc sæculo, possint tandem tecum illum benedicere perenni laude in celo.

PRO FESTO ANNUNCII. B. VIRG.

Lect. 20. Ave gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in tripart.

Pars I. Legatio celestis per Angelum MARIÆ facta-
De gaudio quam Annunciationem vocamus, gaudij est
B. M. V. referta celestibus, quia mysterium mysteriorum
in hac sa- complectitur ineffabilis lætitiæ segetem submini-
luatione. strans. Ideo MARIAM salutans Angelus per hæc
verba exorditur, Ave gratia plena. Quod idem est
Gaudium ac si diceret. Salve, Gaude, Lætare. Equidem celo
M. V. ex & terræ gaudium nunciatur, sed speciale gau-
diversis. dium hodierna die MARIÆ concipit multiplici
titulo.

1. Primo quidem speciale innascitur ei gaudium,
ex illa certitudine quam ex Angelica revelatione
habet Deo placita esse opera sua sequere in statu
gratiæ agere, & divini amoris objectum esse. Cum
nemo nostrum scire possit an amore, an odio sit
dignus, hoc ex prerogativa particulari datum est.
Virgini agnoscere cum certitudine, cui non pote-
rat filium subesse. Neque tantum agnovit se à Deo
amari obstatum præsentis justitiæ, sed etiam amo-
rem illum divinum erga se ab æterno in æternum
usque sese protendere. Agnovit enim suam in gra-
tia confirmationem, æternamque proinde electio-
nem, per quam nomen suum scriptum erat in libro
vitæ, & quidem in libri capite.

2. Secundo, ineffabile ei gaudium innascitur, dum
agnoscit se Matrem illum electam in terris, cujus
Pater Deus est in caelis Deum agnovit Sapientiam
illam æternam à Patre genitam Angelos beatifican-
tem, nunc fore filium suum Matrem & homines læ-
tificantem. Dum agnovit uterum suum jam præpa-
ratum.

Tomus 16.

rati & adomari, quasi nobilissimum coelum, in quo
divinitatis plenitudo corporaliter habitare debeat;
ita ut modo verum sit illud, quod vox de celo in-
tonat: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & ha-
bitabit cum eis, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.
Apo. 21.
Hoc quidem lætificat Angelos & Homines, sed
maximè MARIAM, quæ hodie in tabernaculum
divinitatis præparatur cœlica Annunciatione. Sed
& hoc gaudium adauget, quod agnovit se electam
Dominam Angelorum & Hominum, cœli & terræ
Reginam ac inferorum. Nam & ei Angelus ex parte
celestis Hierarchiæ honorem deferit & subje-
ctionem; futuris vero temporibus, omnis homi-
num status & sexus, omnesque nationes oblequi-
um & honorem debitum sunt delaturæ, ejus præ-
conis toto Orbe resonantibus, prout & ipsa in
Cantico agnoscit: Ecce enim ex hoc beatam me di-
cent omnes generationes, quia fecit mihi magna quò
potens est.

Apo. 21.

Luc. 1.

3. Tertio & præcipuè dicamus ineffabile gaudium
cordi MARIÆ per Angelicam Annunciationem in-
natum non solum quia suas prerogativas agnovit,
sed maximè ob Redemptionem totius generis hu-
mani approximantem, quàm sciebat tot votis ex-
petitam tot oraculis prædictam, tot figuris præfi-
gnificatam, tot lacrymosis desiderijs adtractam.
Numquid illius redemptionis per Angeli legatio-
nem, per filij Dei incarnationem, jam in utero ejus
jaciebantur fundamenta? O ergo inenarrabile gau-
dium cor Virgineum de isto perfundens! Quapropter
merito prima vox Angeli nunciantis est illa;
Ave gratia plena, hoc est, Salus tibi sit, gaudium &
lætaria. Certe si omnia gaudia à principio creationis
alicui collata, & in finem usque sæculi conferenda
in unum confluerent, non possent gaudium istud
adæquare, quod Virgo concepit de Filij Dei incar-
natione. Numquid gaudiorum cumulus & indicibi-
lis suavitas eam perfudit, dum illud æternum lum-
en cum toto suo fulgore in eam descendit, &
quod totus mundus non capit, intra ejus viscera se
condidit? Et quare necesse fuit Spiritum sanctum
& Altissimi Virtutem ei tunc obumbrare, sive um-
bram refrigerantem præstare, nisi quia mens Vir-
ginis mira tunc amoris & gaudij copia exæstare
debebat, quam humanus animus ex se non posset,
sustinere? Quod ergo dicitur: Spiritus S. supervo-
niet in te, & Virtus Altissimi obumbrabit tibi, idem
est post ac si diceretur: Superveniet in te Spiritus
S. qui ignis est consumens, accendatque in te mi-
rum ignem amoris & gaudij divini, quem viribus
naturæ haud posses sustinere, sed in mediis veluti
flammis vita sese dissolvente consumeris; verum
umbram ipse præstabit, & refrigerium & virtutem,
ut jam in te præ amoris & gaudij exæstare re-
moveretur miraculum Rubei in medio ignis non con-
sumptis. Itaque rectè asseritur soli Deo & animæ
Christi animæ que Virgini Christi, feræ notum esse
illud gaudium, quod his verbis insinuabatur per
Angelum, Ave gratia plena, Gaude, Lætare.

Luc. 1.

Quapro-

in